

cunq; quaevis colore in proprios usus conuertere, illosq; usurpare  
presumperit, seu impeditre, ne ab ys, ad quos iure pertinent  
percipiantur: is anathemati tam diu subiaceat, quamdui, in  
residuiones, bona, res, uira, fructus, et redditus quos occupa-  
uerit, uel qui ad eum quomodo cunq; etiam ex donatione suppo-  
nita persona peruenient, ecclesia, eiusq; administratori, sive  
beneficiario, integrè restituerit. ac demde a Rom. Pont. absolu-  
tionem obtinuerit. Quod si eiusdem ecclesia Patronus  
fuerit, etiam iure Patronatus, ultra predictas poenas, eo ipso  
privatus existat. Clericus uero, qui nefandæ fraudis, uel  
usurpationis huiusmodi fabricator, seu consentiens fuerit,  
eisdem panis subiaceat. Neenon quibuscumq; beneficis privatus  
sit, et ad quaecumq; alia beneficia inhabilis efficiatur, et a  
suorum ordinum executione, etiam post integram satisfactiōne  
et absolutionem sui ordinarij arbitrio suspendatur.

Decretū super petitione concessonis Galieis publicatū in  
eadem Sessione vi. sub s. d. n. Pio. P.P. mī die 17. Sept. 1562. (19)

Insuper cum eadem sacroranda Synodus superiori Sessione  
duos articulos alias propositos, et tum nondum discussos. ut  
An rationes, quibus sancta Cath. Ecclesia adducta fuit, ut co-  
municaret laicos atq; etiam non celebrantes sacerdotes sub  
una panis Specie, ita sint retinendæ, ut nulla ratione Galieis  
uus cuiq; sit permittendus. et An si honestis, et Christianæ  
charitati consentaneis rationibus concedendus alicui uel  
Natiōni, uel Regno Galieis uus videatur sub aliquibus con-  
ditionibus concedendus sit; et quenam sint illæ: in aliud

tempus oblata sibi occasione examinandos atque difini-  
endos reseruauerit; nunc eorum pro quibus petitur  
saluti optime consultum uolens decreuit integrum nego-  
tium ad Sanctiss. D. N. esse referendum, prout praesenti  
Decreto refert, qui pro sua singulari prudentia id efficiat,  
quod uile Rei P. Christiana, et salutare petentibus usum  
Calicis fore indicauere

Decretū futurae Sessionis

Insuper eadem Sacroiancta Tridentina Synodus diem  
futurae Sessionis ad feriam quintam post octauam festi  
uitalis omnium Sanctorum, qua erit dies XII. mensis  
Novembris indicit. et in ea decernetur de sacramento Or-  
dinis, et de Sacramento Matrimonij

(20)

Sequuntur Decreta que publicata fuerint  
in Septima Sessione eiusdem sacri Concilii  
Inden' die XV mensis July et D. 1611

Vera et Catolica doctrina de Sacramentis Ordinis  
ad condemnandos errores nostri temporis a sancta  
Synodo Tridentina decreta et publicata in Sessione  
Septima die XV July 1563.